

S Y L V E S . B.

37

Prete. Quaecunque prædicantur de uno, & de eodem, prædicantur etiam de se inuicem, ergo si pater, & filius, & Spiritus S. prædicantur de Deo, & de se inuicem, ergo filius est pater, ergo S.S. est filius, ergo actuum passiuum.

Probo maiorem. Accipio Socratem de quo prædicantur homo, rationale, & risibile, dicendo. Socrates est animal rationale, Socrates est homo: Ita adiuicem prædicatur. Nam dicimus homo est animal & animal rationale homo. Homo risibilis: Risibilis est homo, ergo si personæ tres prædicantur de Deo, ergo pater est filius, & filius pater, hoc falsum, ergo non prædicantur. Dicimus animal rationale, ergo risibile, risi, ergo rationale, ecce quomodo ad inuicem prædicantur non tamen sic in ista.

Sicut. Nihil subiectum duobus in uite suppositum, licet sit eis commune, quia sequetur, q. causa esset effectus, & effectus, esset causa. Ideo falsa est ista prædictio. Homo est fortis: & Plato. Qui hoc modo sequitur, q. causa, quia est homo sit effectus, & fortis, & plato, qui sum effectus esset causa. A pari? Cum essentia diuina sit causa trium personarum, ergo non erit subiectum, & personæ prædicatum.

6. Prævidetur esse prædictio nugatoria dicere. Deus est pater, & filius, & Spiritus. Quia sunt idem, ergo nugatio. Nam nugatio est eiusdem de cœdē, inutilis repetitio.

R E S P O N S I O N E S

Argumentorum.

Sed vñā supponere oportet, & ex solutione vñica, omnes tollemus difficultates. Scire necesse est, q. hoc nō men Deus significat: Non solum naturam diuinam, sed significat etiam personas diuinæ. Ideo in alijs terminis à termino Deus, aliud denotat natura communis, aliud suppositum in natura illa. Nam aliud significat homo vt natura Communis, aliud significat suppositum vt Socrates: at Deus significat similis, & simili pro pluribus, & pro uno. Ratio quia in diuinis sunt idem Natura, & Res naturæ, idest diuina essentia, & persona, stante hac suppositione dicatis ad obiectiones.

Ad primum, ista prædictio est contra naturam. Negatur.

Ad probacionem. Dicatis valer illa regula vbi subiectum, & prædicatum non sunt idem, hic sunt idem.

Ad 2. personæ non confitunt sed consti, ergo R. Quia non sunt idem confitens, & constitutum.

R. Productio, & constitutio. 2. Altera formalis, & sic non sunt idem confitens, & constitutum: Altera dicatur esse relativa, & hoc modo sunt idem confituta, & constitutia, hæc in diuinis, ergo.

Ad 3. & 4. repugnant nomina partitiva, & collectiva. R. Verum est vbi non sunt idem naturæ, & res naturæ: Hic omnia sunt idem.

Ad 4. dico, q. si verificatur regula illa in prædicatis absolutoriis, vt rationale, non aut respectu respectuorū, vt hic.

Ad 5. dico, q. non sequitur argum, quia idem sunt subiectum, & prædicatum substantialiter. Ad vñitum dico, q. non est nugatio, quia licet sint idem essentia cum persona in natura, non tamen sunt idem in modo personali, & hoc sufficit, & sic habetis, multa de prædicatione.

In sequenti video de mente lo. Bachonitani, An diuina essentia dicat formam, vel materiam.

L E C T I O D E C I M A N O N A.

In qua examinatur, quæstio quam mouet Doct̄or Bachonitanus super D. 4. q. 1. An diuina essentia in generatione æterna habeat per modum formæ? An per modum Materiæ? Ideo ut ordinate procedam obseruabo quinque potissima, videlicet,

Continuationem Io. Bachonis, cū Mag. } Circa continuationem, Dico q. est maxima. Nam cum Mag. Conclusionem: Probationem, } in Distinctione probauerit q. Deus Deū generat, & quod Tri Difficultates, & solutions. } nitas personarum dicitur deo, & dicitur esse prædictio idem certum est, q. in generatione communicatur diuina essentia.

Ideo possunt oriri dubitationes magnæ, videlicet. An ista materia se habeat per modum formæ? Vel per modum materiæ? Et ratio dubitationis est. Quia quicquid communicatur in generatione humana, & naturali semper haber rationem feminis, & per consequens materiæ.

Ideo recte ponit questionem huiuscmodi. Student igitur nostrates suo Doct̄ori, cum sit fermentum ordo, anima philosophia: Spiritus Theologie, exemplar Carmelitarum, & Prior. acceptor.

Hanc questionem mouent, } Henricus, } Et alij, ergo dicitur esse rationalis, & necessaria: Ideo sci- } Essentia, & es- Scotus, Aureolus, } Comitron, } re oportet, quod in diuinis datur ista nomina essentia, sentia. & essentiale, que indigent aliquali difficultate, vt præludium, ad scopum principalem.

Essentia communis nomine dicitur esse natura cuiuscumque entis, siue sit substantia, siue accidentis, siue naturalis, siue artificialis, siue creata, siue inuicta, siue diuina, siue humana. Essentia triplex.

Imperfecta, } Essentia imperfecta est accidentium, quia habent per aliud esse.

Perfecta, } Essentia perfecta est naturæ vegetabilium, sensibilium, & hominis, sed humana est per-

fectior, quia habet naturam intellectualem, & magis tendit ad actualitatem, ergo duplex.

Perfectissima, & Summa. } ad perfectionem.

Essentia perfectior dicitur esse natura Angelica, quia in ipsa est minor potentialitas, & maior actualitas. Nam homo habet potentialitatem necessariam ad non esse propriæ materiæ: Angelus vero non habet aliam potentialitatem, quam ad esse, quia de non esse reduci fuit ad esse.

Essentia perfectissima dicitur esse natura diuina, quia vocatur Theologis natura simplicissima infinita, & summa perfecta. Hinc Damascenus vocavit illam Pellagus quoddam infinitæ substantia: Hinc dicitur esse unicum absolutorum, quia est eadem omnibus modis intellectui, voluntati, & omnibus absolutoriis. Hinc a

nullo distinguuntur realiter, sed tantum formaliter, i.e. relativè.

Parim modo essentiale dicitur multifariam, vt scribunt S. Bonauen. Stephanus Bruleferus, & alij.

Bona lib. 1. D.
4. littera.

Vt in humana
alia etiam alie
næ alia forma.

Cōfinitio dup.

XVI. 1. 2. 3.

Dif. 4. 1. 2. 3.

XVII. 1. 2. 3.

XVIII. 1. 2. 3.

XIX. 1. 2. 3.

XX. 1. 2. 3.

XXI. 1. 2. 3.

XXII. 1. 2. 3.

XXIII. 1. 2. 3.

XXIV. 1. 2. 3.

XXV. 1. 2. 3.

XXVI. 1. 2. 3.

XXVII. 1. 2. 3.

XXVIII. 1. 2. 3.

XXIX. 1. 2. 3.

XXX. 1. 2. 3.